



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis, viri
eruditissimi atque sanctissimi, Sermones In Evangelia De
Dominicis & festis aliquot solemnioribus totius anni,
insignes & peruetusti**

Petrus <Chrysologus>

Lvgdvni, 1623

De symbolo Apostolorum, Sermo LVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50232)

videre non potest: non potest videre pietatem. Dixit
Mat. 23. & tertiam similitudinem. *Nūquid si petierit ouum, por-*
riget illi scorpionem? Consuetum est, & solenne semper
 paruulos ouum petere, & parentes ouum pusillis pe-
 tentibus nō negare: sed quia Christus venerat cōgre-
 gare sicut gallina pullos suos, ouū protulit verbi, per
 quod Ecclesiæ germina sancta nutrentur: sed quia
 Iudæus per inuidiam effundere magis, quàm sumere
 ouum id volebat, reperit ibidem scorpionem: vt iuxta
Rom. 7. Apostolum: Mādatur quod erat illis in vitā, hoc illis
 esset ad mortem. In commendationem pietatis tria
 dominus protulit, & demōstrauit exempla, vt tribus
 testimoniis, sicut tribus testibus & pios ad fidem sui
 amoris animaret: & confutaret impios. nō patris, sed
 suo vitio charitatis gratiam non cœpisse.

De symbolo Apostolorum, Sermo LVI.

Acto. 9.
Solicitaret me acerbi partus subita & cōfusa tem-
 pestas, & immatura germinum me pullulamenta
 turbarent, nisi crebro disruptis temporum moris, &
 rudi latrocinio, & fractis viscerum claustris, repenti-
 na viuendi lucra quærerēt, & raperent nascituri. Hinc
 est, quòd homo sapè mensis decimi despiciens termi-
 num, septimo mense angustas primę domus, & arctas
 vteri abiicit & deserit mansiones, vt præliator nouus
 ante se tempus euicisse gaudeat, quàm dependat ipse
 suam temporibus seruitutem. Et si hoc humanæ licet
 naturæ, naturæ cælesti quid obistere poterit, & diui-
 næ? Aut quid sanctus Spiritus non potest, si hoc po-
 test caro? Aut quomodo gratia superna non efficit,
 quod fragilitas obtinet & implet humana? Nonne
 sic Paulus acerbo dolore viam nostræ vexauit, &
 viscera genitricis, vt cælesti turbine, ac tota tempesta-
 te Ecclesię præueniret tempora parientis: vt subito, &
 in via

in via nasceretur, qui erat ad fidem viam gentibus
 præbiturus merito se abortiuum nūcupat: & miratur
 se fuisse natum, qui nouit se nulla conceptus tēpo-
 ra pertulisse. Namque cum adhuc hostis ipse cæde-
 ret extrinsecus sanctæ matris vterum, & in ipso ortu
 pignora venerāda collideret, repente sanctum muta-
 tar in germen, qui ipsius germinis fuerat ferocissi-
 mus persecutor. Eunuchus etiam generatur in via: vt
 quem castrauerat humana temeritas ad hominis ser-
 uitudinem, & intra regis aulam inuita castitas colloca-
 rat, voluntaria castitas, & votiua ad cælestis aulæ glo-
 riam, ad æterni regis promoueret & transferret ob-
 sequium. Beatus iste cui datum est, vt palatij infulas
 non amitteret sed mutaret. Hæc dicit ratio filioli, vt
 vos quos tristes suscepimus ad matris vterum, latif-
 simos perducamus vno eodemque momento. Audite
 fidem; orationem discite. Sed quia impediēte tem-
 pore nec nos vobis possumus aperire mysterium, nec
 vos nobis potestis solemniter reddere quæ traduntur,
 agite vt & nunc symboli simpliciter verba discatis: &
 Paschali tempore quo plenius hæc traduntur, sacra-
 mēti ipsius interiora possitis agnoscere. Accipite quod
 vultis: quod desideratis, inuadite: quia regnum celo-
 rum vim patitur: & qui vim faciunt, diripiunt illud:
 accipite quod vultis: & quod vis potest tollere, gratia
 largiatur. Ingressus vitæ, ianua salutis, introitus fidei,
 singularis, innocēs, & pura cōfessio perdocetur: dicēte
 Propheta. Intrate portas eius in confessione. Vnde idē
 Propheta taliter admonitus, Dei in se loquētis aditū
 morū postulat, dicens: Aperite mihi portas iustitiæ, &
 ingressus in eas cōfitebor domino. Videtis quia non
 potest confiteri qui non fuerit ingressus hæc domum
 salutis & fidei, in quā sicut intromittit cōfessio, ita ne-
 gatio de ea indubitanter excludit. Sed quomodo cōfi-
 tendum

1. Cor. 13.

Acto. 8.

Matt. 11.

Psal. 99.

Psal. 117.

Rom. 10. tendum sit, audiamus. Corde, inquit Apostolus, creditur ad iustitiã: ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Et quid crederetur, ostẽdit. Si credis, inquit, dominum Iesum in corde tuo, & ore cõfessus fueris, saluus eris. Corde creditur ad iustitiã: ore confessio fit ad salutẽ: magnũ filioli per hoc fidei nostræ videmus esse compendiũ, quãdo inter cor & linguã totũ salutis humanę versatur, & geritur sacramẽtũ. Habes homo vnde credere debeas, corde creditur ad iustitiã: habes vnde debeas confiteri, ore confessio fit ad salutem. Et quid dicam? Totum in se habet homo, qui se habet: ipse autem se habet, qui Deũ habet: Deum verò habet, qui eum suũ credit, & cõfitemur auctore. Signate vos. Fides quæ capitur auditu, corde creditur: ore promittitur ad salutẽ, in secreto mētis est collocanda: & ipsis est nostri pectoris committẽda vitalibus, ne dum chartis, & atramento describitur incautẽ, non reseruetur credulis ad vitam, sed prodatur perfidis ad ruinam. In te homo custodire debes, quod tibi extra te positum poterit deperire.

In symbolum Apostolorum, Sermo LVII.

Eesai. 6.
Iuxta
LXX.

BEatus Isaias Euangelista non minus, quam Propheta, immunda labia se habere, & in medio populi habentis labia immunda se habitare deplorat, dicens: O miser ego, quoniam compunctus sum, quia cum sim homo & immunda labia habeam: in medio quoque populi habentis labia immunda ego habitẽ, regẽ dominũ sabaoth vidi oculis meis. Super humano percellitur hic dolore, quia quod de Deo sentit & videt, loqui nõ valet, annũciare non potest, nõ potest cõfiteri. Quantũ caro angusta est, animo suo arcta sũt labia tantum: lingua tantum brevis est suæ mētis interpretis. In carne ignis añelat inclusus, vaporat venas, inflammat